

in regia autem dignitate sub regis tantummodo ^{b)} nomine presideret
 Hildericus desidiosus inutilis et ^{a)} luxuriosus, optimates regni consilio
 et auctoritate Zacharie pape eundem Pipinum elegerunt ^{b)} ad regiam
 dignitatem, fuitque auctoritate et ^{c)} de mandato ipsius ^{d)} pape per
 b. Bonifacium archiepiscopum Maguntinum ^{e)} in regem Francorum
 unctus et postea per Stephanum ^{f)} papam secundum unctione re-
 gali consecratus, debruso in monasterium ^{g)} prefato Hilderico, de qui-
 bus fit mentio in videli decretis videlicet XV. q. VI. in cap. alius etc. ^{h)}

cat. I. I. III.

Iste siquidem Hildegerus Coloniensis archiepiscopus cum predicto
Pipino Francorum rege ^{k)} cum magno exercitu contra Saxones ^{l)} preliante
 cum usque ad fluvium ^{m)} Wisaram ⁿ⁾ pervenisset, in expeditione ^{o)}
 exercitus eiusdem ^{p)} regis proficiscens in bello extitit interfectus.

KK. a. a. 154 ex
Einh. ann.

Berthelinus Coloniensis archiepiscopus XVII.

cat. I. II. III.

Decimo septimo loco successit in episcopatu Coloniensis ecclesie
 sub predicto ^{v)} Pipino Francorum rege venerabilis presul ¹⁾ Ber-
 thelinus ²⁾ sedens annis 10.

Nicolphus Coloniensis pontifex XVIII.

ibid.

Decimus octavus adeptus est ³⁾ pontificatum Coloniensis ecclesie
 venerabilis archiepiscopus Nicolphus, sedique sub Carolo Magno
 imperatore et Francorum rege annis 22.

Hildeboldus pontifex Coloniensis XIX.

ibid.

Decimo nono loco ordinatus est ⁴⁾ ad pontificatum Coloniensis
 ecclesie venerabilis pater Hildeboldus sedens sub ^{dicto 2)} Carolo M. et filio
 eius Ludovico ⁵⁾ primo imperatoribus annis 34. Qui etiam Hilde-
 boldus prefatum Ludovicum unxit in regem Romanorum. ⁶⁾

²⁾ tantum 2. a) et deest 3. b) elegerunt 1. 2. 3. c) et deest 3. d) domini add. 4. 4. 4. "
 e) Maguntinensem 4. 4. 4. "^{f)} Steph. 2. g) in prefato monasterio 4. 4. 4. "^{h)} q. v. 2. i) etc. deest
 1. 3. k) cum - rege des. 4. 4. 4. "^{l)} Saxones 4. m) flumen 1. n) Wasaram 1. Weseram 2.
 Wisera 3. Wesarum 4. o) expeditionem 1. 4. 4. 4. "^{p)} exercitus 3, ut saepius. q) eiusdem
 deest 3. r) predicto deest 4. 4. 4. "^{s)} presul deest 4. 4. 4. "^{t)} Berthel. 3. u) Nict. 3. Nicolphus 2.
^{v)} est deest 3. w) est deest 3. x) dicto deest 1. y) Ludovico 2. Ludovico 3. ^{z)} Romanorum deest 3.